

/ Admodum R/de Pater. Agit R.V. mecum quasi cum extraneo, cum tot verbis excusat quod saepius ad me scribat. Vidi libenter ingenuum adolescentem, D. Philippum Fridericum Breiner, et eum juvabo, ubicumque opera vel auctoritate mea indigebit. Non tamen probo quod 5 D. Rodulphus, qui Romae negocia Imperatoris tractat, voluerit Baronem istum hic Romae apud se morari per aliquot dies, et non recta ad collegium pergere: ista enim non sunt conformia instituto collegii germanici, et hinc timeo valde ne per hujusmodi distractiones et ipse parum proficiat, et caeteris scandalum praebeatur, et inde 10 fiat ut mora ejus in collegio non sit diuturna futura. Vale Pater charissime. Romae die 14 Novembris 1617.

R.V.

frater et servus in Christo

1934

---

15 Archiv.Vatic.Mss.Gesuiti 18 fol.78. Brouillon autogr. (à la suite de la lettre de J. Dannenmeyer)